

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 88.

---

### *Politica Mortuorum Colloquia.*

---

Elysium-Meum.-Die Martis 19. Dec. 1809. (Neov. 1. Dec. 1809.)

---

Alexander Theophilus Baumgarten Anno 1750  
orbi Aestheticam dedit, & elegans orbis  
hodie aesthetice, nequaquam (salva, venia)  
prosaice vivere vult.

#### *Mercurius auscultans*

*Colloquio Aestheticum inter. Et ejus Uxorom, id  
Chartæ mandavit, attulitque in Elysium.*

**U**xor. Est, quod tibi credere volo, dulcia  
marite!

*Aesth.* Quid illud suavissima Conjux?

*Uxor.* Nuper mimico D. Haendel ludo In-  
tereram, vertebatur de te sermo perquam  
honorificus; dicebatur celeber Aestheticus, &  
ad mimum non comparuisse; aderat homun-  
cio, qui te aestheticum singularem adpellita-  
bat, respondi: ex trimestri me tuam esse thori  
sociam, proin majorem tui cognitionem ha-  
bere quam ille homuncio, qui te Aestheti-  
cum fecisset, & omnes in cachinnum sol-  
vebantur.

*Aesth.* Habeo gratias pro hac defensione  
dilecta! jam antea matronam mimicam Haen-  
del videram.

*Uxor.* Porro: dic, sis, quoniam hoc nomen tibi dabatur, quid sibi id vult: Aesthetics?

*Aesth.* Omnia subsannari possunt; multi de Aesthetica loquantur, ut coeeli de colore.

*Uxor.* Me dixisti — id ipsum est, ob quod te rogo.

*Aesth.* Audi, sis, dulcissima! Aesthetics est — qui — scientiam, cui Aesthetica nomen, excolit.

*Uxor.* Itane! ergo Cocus, culinam curans, homo est, qui coquendi scientiam excolit? nihil sum facta certior.

*Aesth.* Hoc definiri facile nequit; si te docere vellem: Aristotelem, de quo in eruditorum societate aliquid audiveris, Aestheticoorum principem fuisse, tædium & oscitatio tibi obreperet.

*Uxor.* Non existimo his totam absolvi disciplinam.

*Aesth.* Nequaquam. Aesthetica est scientia, in qua tam generalia principia, quam & regulæ bellarum scientiarum, artiumque ex natura gustus derivantur, hæc definitio Cel. Alex. Theophili Baumgarten auctoris Aesthetices.

*Uxor.* Hæcæ totum? profecto res non magna!

*Aesth.* Major opinione tua; multi homines æsthetici sunt, quia sciunt: cur sint;

*Uxor.* Ergone & ego æsthetica sum, dic quæso!

bari

del  
dam  
let)  
eratmih  
menti  
sibi  
ludun  
minor  
minu

plum.

mus,  
dape;U  
magnlimpic  
bet &  
Musicopus  
præfer  
lentum  
tuum,U  
die ob  
homun

*Aesth.* Nihil dubita de eo; visne id probari?

*Uxor.* Ex imo corde id cupio, differe!

*Aesth.* Nuper Mimus apud Dominam Hændel annunciabatur, vix Annunciationis Schedam legisti, & jam Schedam admissionis (Billiet) adferendam curasti — hæc idea jam erat æsthetica, exilui gaudio.

*Uxor.* Optime Marite! Ingenue fateor: mihi hoc agenti, Aestheticam nec in primam mentis operationem venisse, nec scivisse quid sibi speciosa hæc velit nomenclatio, Adivuludum, pro more multorum elegantium dominorum, & dominarum, qui fortassis plus minus norunt, quid Aesthetica sit. —

*Aesth.* Aliud in numerato habeo exemplum.

*Uxor.* Quod illud, profer. —

*Aesth.* Dum amicum ad coenam invitamus, ais Coeæ: ut una alterave plus paretdape; cur, amabo, id?

*Uxor.* Quod indicare probareque velim, magni a nobis fieri hospitem.

*Aesth.* Res salva est amantissima! Ea limpidissimam Aestheticoen! — ita se res habet & cum aliis objectis. Placet tibi audire Musicam, quod aures demulceat tuas, at opus divini Mozartii, & clarissimi Haydenii præfers vulgaribus sonis; an non hoc luculentum argumentum: excultum esse gustum tuum, cum regulas Aestheticoes sentire?

*Uxor.* Jam modo rem capio — verum die obsecro: Cur res ridicula visa, cum ab homuncione illo æstheticus nominabare?

*Aesth.* Causa est: quod æsthetica multis obscura adpareat; ejusque regulæ non perspiciantur, hanc ob causam multi adhuc prossice vivunt, prout Aesthetici loquuntur, ex hinc prossicæ societates tædium causantes, inde prossicus, non exultus, gustus.

*Uxor.* An, quæso, & utilis est Aesthetica?

*Aesth.* Ut ambigis? ea rationem continet initarum tecum nuptiarum mearum, quod te thori sociam elegerim. —

*Uxor.* Id sane dictum, & actum eleganter admodum, profecto melatebat: Conjunctioem nostram Aestheticæ in acceptis ferendam mihi esse; sed per omnia, mi bone! te ore, obtestor, ut se res ista habebat? profere.

*Aesth.* An vis a me adumbrari amoena, & ut tibi blandiar? hoc a me longe alienum est, veritatem sequor — ei fidelis menseo, Tu forma, & venustate vales, oculorum elegantia, & corporis habitu, at fateri debeo, multas dari tui sexus præstantiores forma tibi; & factum nihilominus est, ut amor soli me tibi alligaret; perspexi in hoc vitæ fortunam meæ, & eam, hoc etiam temporis articulo sentio, quid est magis æstheticum in celsu, aspectu, vultu, bona indole animi tui? suavitas in familiari conversatione tua, tuum ingenium in sermone me adhucdem ita magico stupore replent, ut exacto trimestri matrimonio, æque te diligam, ac primo quo in manus meas convenisti, die.

*Uxor.* Faxint Superi! ut hæc perpetua sit Aesthetica!

Ita sonat Dialogus, a Mercurio ex superiore mundo in Elysiùm delatus.

Attulit eadem occasione caduceo suo alligatas Ephemerides, a quibus En! aliquis: *Parisiis 26. Nov.* Monitor hodie ait: S. M. Rex Saxoniae ante aliquot dies Musæum rerum naturalium, Caldaria, Oeconomiam Botanici horti, Cæs. Tapetum (Gobelin) Manufacturam invisit. Nupero Veneris palatium Luxemburgiùm adiit, inque eo destinata Sessionibus Senatus habendis Conclavia, pro ut & ambulacra, in quibus celebres icones a Rubensio, Leseur, & Verneto æffervantur: Iustravit. Sabbatho accedere dignabatur fabricas principum aliquorum hujatum artificum: ut, D. Gerard, Chabaut, Roberti Lesebre, item Porcellanam D. Dille, tum Cæs. Cristallorum promptuarium D. Thomire, Biennais &c. hac occasione Sua Maj. cuius obiecto, digno viso penitioris examine, immorabatur.

*Argentorato 27. Nov.* Rex Wittenberg. hodie 6 matutina cum comitatu isthac Parisios tetendit.

Heri urbem hanc prætervecti: Hæreditarius Princeps Hohenzollern-Sigmaringen, Gen. Dux in stipendiis Regis V. Siciliae; hæredit. Princeps Hohenzollern-Hechingen. Colonellus, Adjutor bellicæ rei ministri D. de Zeltre; D. Mareschallus C. Oudinot cum adjutore & comitatu suo, omnes Parisios versus viam in-

gressi; ante aliquot dies D. Denon Cæs. Musæi Director isthac Parisios transiit.

Nuncii ex Scaldi indicant: animadverti amplios adparatus ad suscipiendum propediem molinæa adversus Anglos in Insula Valobria; ferur recen adpulisse naves Anglicanas, utrum vero eæ suppetias attulerint, aut adjuvanda evacuationi Insulæ destinentur, non constat.

*Dresda 19. Nov.* Futura hebdomade de molendis hujatibus munimentis manus admovebitur, & eodem quidem tempore ad valum Novæ urbis, & medii valli ad portam Wiltsdorfensem; gaudium publicum de eo magnum est. E fossa quadrata saxa elegantia secundam Albim Vittenbergam devehenda dicuntur, quæ fortiter, & ad regulas artem mudienda perhibetur.

Varsovia scribitur: Gallico Gallicianas copias Jussa accepisse in vicem tricoloris teseræ, Polonicam albam effigendi, suisque Insignibus albam aquilam addendi, quod eæ Polonico exercitu Varsov. conjungendæ sint.

Generalis agminis Dux Carra S. Cyri Commendans primæ Cohortis XI agminis in Illyrico commorantis creatus, die Jovis novam stationem aditurus isthinc proficiscitur, discessus ejus ob personales præclaras dotes admodum dolori cedit.

Princeps Saxonis Mariana ægrotat.

Fama fert: Napoleonem Imp. litteris de 30. Octob. Russico Imp. ob. pacem cum Svecis initam vota detulisse, propinquamque Gal-

llæ  
pre

Dux  
tem  
siit.  
vis

7. C  
mat  
land  
Con  
Rote  
Julii

cons  
thurs  
mora

mera

(Gaz

17. I

anne

nator

Brun

an C

genti

valet

certi

I

gesta

Itæ cum Austria conficiendæ pacis spem cum præcipuis conditionibus annunclasse &c.

*Stuttgarda* 27. Nov. Heri Gallicus Gen. Dux C. ab Andreoffy Gubernator ad hoc tempus Vindobonæ Gallias repetens hac transiit. Eodem die Reg. Bavar. Secreti Conolavis nuncius isthac Parisios præterit.

Colonia 16, Nov. Decreto Cæsareo de 7. Octob. conceditur inventio ligni tinctorii, materialiumque ad tinctoriam aptorum in Hollandia emtorum ad eam quantitatem, quam Consules Agentesque Gallici Amstelodami & Roterodami ante Cognitionem Cæs. de 17. Julii Decreti Certificatoriis suis concesserunt.

Ad Cæsareo Regiam Austriacam aulam constitutus M. Britannicæ Regis legatus D. Bathurst die 8 prioris mensis Buda, loco comorationis suæ, discedens, Angliam repetiit.

Gallicanæ paginæ de 28. Oct. nihil memorabile continent. Francica Ephemeris (Gazette de France) articulo: Vindobona de 17. h. m. memorat: Tres Archi Duces: Johannem, Ferdinandum, Maximilianum destinatos, illum ad residendum Græcii, istum Brunæ, hunc vero Cibinli, ignorari tamen an Gubernatorum munere funduri sint.

Archi Dux Carolus, deliciae exercitus gentisque Austriacæ, Teschinii moratur, de valetudinis ratione ter amati principis nihil certi intelligitur.

#### *B a v a r i a.*

In memorabili scripto: Fragmenta ex gesta Gallicæ contra Austriam expeditione A.

1809, quæ Bavaricum officialem auctorem habet, seqv. leguntur, Profecto res stupore digna: adeo bene instructum exercitum, qui tam excellentem equitatum, & præstantem rem tormentariam habuit, ut Austriacus, adversa fortuna laborasse; Austriacus tormentarius miles rem suam callet scientifice, ejus cognitiones theoreticis principiis nituntur, non deest ei occasio multiplici bellorum experientia eam probandi; Equitatus egregie equia instructus est, præstanter exercitatus, severam disciplinam tenet; alio loco ait auctor: uberem med tandi Campum de rerum cursu, suppeditat Sedtio Tyrolensium, ceu ludus accessorius ad tragicum Austriam inter & Galliam dimicationis actum; absque rationibus, absque Ducibus, absque re tormentaria, & Equitatu, cum disciplinæ tenacæ, & præstante exercitu congregi velle, peccatum est non modo in rationem, sed & summæ amentia proximum.

*Labor — Negotium.*

*Labor* indicat proprie intensionem virium ad perfectionem operis cujusdam necessariorum; — etiam bruta laborant, verum nulla *negotia* peragunt.

---

Secret

Lysium

Nunc  
v

Mu  
nas a  
ritati  
Sunt  
tercip  
lucta  
obpo  
event  
enda  
bus  
deri.

veri  
denti  
tum

et im  
perni  
bere